

TABVLA
RECITATIONVM

IN


ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XVII. OCT.

CIDICCLXXIII.

INCHOANDARVM.



GISSAE.

litteris IO. IAC. BRAVNII, acad. typogr.

ACADEMIAE LVDVICIANAE
 RECTOR
 D. IOANNES GVILIELMVS
 BAVMER
 CVM SENATV.

—————

*F*acile esse imperium in bonis, non Plautus solum, *Aestimatifsimi Domini Commilitones*, (in Milite Glorioso) affirmavit, sed experientia etiam teste docemur. Facile iam nostrum in Vos imperium esse, laeti profitemur, atque porro fore, speramus. Verum enim vero imperium illud, (vt de paternis consiliis atque curis tali vocabulo utamur) amorem litterarum, easque colendi feruorem non aequae, ac mores, attinet. Mores imperio corrigi possunt, raedium litterarum atque desidium summovere autoritas nulla valet. Hortamentis tantummodo torpentes excitari, inertes moneri possunt. Talibus autem admonitionibus *Vestrum* causa nos superfedere posse, nobis persuasum habemus.

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER

Academiae Senior.

*A*bsoluit exegefin acroamaticam & practicam epistolae ad *Philippenses*, largam segetem homileticam nostris auditoribus, si qui esse *praecones Christi*, quam *concionatores* agere, praecoptant. Periculum facturis, per menses hibernos cathedram & censuram suam offert. *Theologiam moralem*, vel ex suo, vel alio quouis compendio (sed solido) volentibus tradet. *Doctrinam de ordine salutis*, post ea, quae de *beatitate*, & *miseria humani generis*, iam absoluit, his sanioris doctrinae tam tristibus alicubi parietinis, tam sancte retinendam, enucleate docebit. Singulis mensibus singulas offert *disputationes publicas*, parabili sumtu prodituras.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD

*L*ectiones *hermeneutico-criticas*, *pastorales* item, vna cum parte *theologiae dogmaticae* priore elapso semestri aestivo, divina gratia adiutus, ad finem perduxit. Instanti semestri hiberno partem *theologiae theticae posteriorem* duce b. GVNNERO auditoribus suis proponet, praeterea Ven. ERNESTI *interpretem N. T.* de integro interpretabitur. Addet, si desiderabitur, *collegium theologiae moralis*, & profectiones disciplinae sanctioris alumnos, duabus per hebdomadam horis, ad *frugiferam & fructuosam librorum ecclesiae nostrae symbolicorum lectionem* nostris in primis temporibus admodum necessariam, praeparabit, excitabit.

LVDVICVS BENIAMIN OUVRIER

*P*er semestri hibernum hora IX-X. *theologiam practicam* duce Lessio tradet. Hora XI-XII. partem posteriorem *Institutionis theol. dogmaticae Danovianae* explicabit. Hora II-III. *historiam ecclesiasticam V. T.* praecunte Spanhemio in introductione ad histor. S. enarrabit: homiletico practicas exercitationes vero non solum continuabit sed etiam examen dogmaticae theologiae parte ex priori instituet.

D. CAROLVS FRIDERICVS BAHRDT

*P*er semestri hibernum *Theologiae moralis* partem alteram, quae *Aezologiam* complectitur, exponet, praetereaque *lectiones cursorias* in *Veteris & Novi Testamenti* libros continuabit. Scholas tam *historicas* quam *homileticas*, nec non *disputatorias & examinatorias* rogaturis speriet.


ACROASES IVRIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

*P*andectas, *Institutiones*, *Ius canonicum & criminale* consuetis horis docebit. *Doctrinam de Successione* ab intestato separatim horis explicabit.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT

*H*or. VIII. *Ius publicum R. G.* Hor. IX-X. *Ius Germanicum priuatum* redauspicabitur. Hor. III-IV. *Scholas Practicas* habebit & Hor. IV-V. *Ius Cambiale* tradet, ad *Ius Feudale* de-
 nuo docendum quoque paratus.



D. LUDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER

Publicum laborem antiquitatibus iuris impendet. *Priuatim* ius romanum Iustinianicum cum auditoribus permeabit, viam signante *G. A. Sruuio*, aut ex recentioribus alio. Eiusdem iuris prima elementa ex *Heineccio*, historiam vero iurium e *Selchouio* proponet. Alia quoque rogatus dabit. Antiquitatibus II. *Sruuio* VIII. *Heineccio* VI. *Selchouio* V. horae per hebdomadem dicatae erunt.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP.

Hor. I - II. *Capitul. Caesar. nouiss.* perpetuis suis dissertationibus illustrabit, idque *publice*. In scholis *priuatis* Hon. Commilitonum desideriis satisfactorius, hor. XI - XII. d. Lunae & Iouis *ius priuatum principum*, reliquis vero diebus eadem hora *processum imperii*, hor. II - III. addita quavis die Saturni hora X - XI. *ius publicum*, hor. IV - V. *historiam imperii*, denuo proponet. Quae praeterea desiderabuntur, non minus in promptu erunt.

INSTITVTIONES MEDICAE

D. IOAN. GVILIELMVS BAVMER,

Med. Prof. primar.

Hor. X. Medicinam forensam, praecunte b. m. Dno Prof. Ludwig, tradet. Hor. XI. b. m. Dni Prof. Io. Zach. Platneri artem medendi, singulis morbis accommodatam, explicabit, atque casibus clinicis illustrabit. Horas pomeridianas, bis de hebdomade, processibus chymicis impendet. Praeterea Medicinae Candidatis vberiore praxin clinicam exercendi occasionem subministrabit.

D. GEORGIVS LVDOVICVS ALEFELD

P. P. O.

Per instans semestre brumale, horis pomeridianis, vti hucusque consuevit, dissectiones anatomicas in theatro publico instituet, & quidem ab hora I - III. Auditoribus suis manuactionem ad *anatomiam practicam* dabit, a III. vero ad IV. *demonstrationibus anatomicis* vacabit. Hisce vero cessantibus laboribus, vel *Semiologiam generalem*, vel *Osteologiam*, tradet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Med. Prof. ord.

Per instans semestre hibernum hor. IX - X. in primas lineas Pharmaciae Cel. Retzii commentabitur. Methodum quoque formulas medicas concinnandi tradet.

RECITATIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM,

Log. Met. & Math. P. P. O. Bibliothecae acad. praef.

Collegium *algebraicum* praeterito semestri inchoatum ad finem perducet. Denuo *logicam* h. IV. vespertina, *metaphysicam* h. V., *mathesin applicatam* h. I., *theologiam naturalem* tempore auditoribus commodo docebit. Bibliothecam publicam horis consuetis aperiet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Philosoph. natural. Prof. ord.

Hor. VIII - IX. priuatim Historiam naturalem regni mineralis, praecunte Woltersdorffo, tradet, vel eius loco Elementa scientiae politico - cameralis, duce Fabricio, exponet. Hor. XI - XII. publice bis de hebdomade Pyrologiam seu doctrinam de igne explanabit.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ


LL. Or. & Graec. P. P.

Publice de Auctoribus Arabum classicis differet ---- priuatim *Lucam* hor. X. & *Psalms* hor. XI. interpretabitur ---- Linguam anglicanam ex Thomfonii Institut. docebit.

D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

Professor Poeseos & Eloquentiae

Hor. V - VI. *Antiquitates Romanas*, praecunte Grunero, enarrabit *publice*. *Priuatis* lectionibus vnum alterumque librum, ex *Annalibus Taciti* illustrabit. Quicumque *Anthropologiam philosophicam* ex *Platnero*, *Mythologiam Celticam*, *Arts poeticas* elementa, *Historiam artium elegantiorum* e *Büschingio*, *Historiam humanitatis* ex *Iselino* desiderant, promptum eum paratumque habebunt.



ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,


Moral. Iuris Nat. & Gent. P. P. O.

Publice Principia Iuris ecclesiastici, Ius publicum vniuersale, iisque finitis, Philosophiae practicae Historiam ad compendium suum docebit. *Privat.* Hora VIII. Ius Naturae & Gentium, *Darwigo* praeunte, Hor. IX. Prudentiam civilem & Hora III. Philosophiam moralem de integro ordietur. In instituendis Exercitationibus practicis, examinibus & disputationibus, singulis diebus Saturni habendis, more suo quoque in posterum perget.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER,

Hist. Polit. & Sc. Cam. P. P. O.

Historiam *Statuum Europaeorum* ad Compendium proprium Hora X. *Vniuersalem* ad Comp. Gattererianum Hora XI. docebit. Historiam *Imperii Germanici* ad Comp. Pütterianum, *Ecclesiasticam* ad Comp. Seilerianum, *Scientias Camerales* ad Comp. Dithmarianum proponet. Auditores rogat vt de horis eligendis inter se conueniant. Linguis quoque nonnullis exoticis instruet rogaturos.



LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ,

SS. Theolog. Professor publ. extraord.

Collegium dogmatico-examinatorium in S. R. D. Benneri notitiam Salutis praeterlapso mense ad Colophonem perductum, iterum aperiet. Cuilibet fidei articulo hunc in modum pertractato subnectet antithesin, thesibus ad disputandum propositis, laudabili Auditorum solertia in opponendo ac respondendo occupata, rite discutiendam. Deinde collegium exegetico-practicum in epistolam diuini Paulli ad Colossenses desiderantibus offert; in Graeca etiam & hebraica lingua, regulis explananda suis, nauiter elaboraturus.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ


SS. Th. P. P. O.

Alteram *Dogmat. theol.* partem duce *Heilmanno* hor. IX. tradet --- Exercitationes *Seminarii Concinatorii* publicas & priuatas pro more continuabit.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL,

Medicinae Professor publ. extraord.

Collegium artis obstetriciae in compendium *Steinianum* de nouo ordietur. Osteologiam ita tradet, ut simul de ossium luxationibus atque fracturis auditores instruat. Chirurgiam in Collegio priuatissimo absoluet.



Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio saltandi*que palaestra, *Gallicae* item & *italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

